tencione promotus disposui[1] nonnulla afferre munuscula imperatorie magestati; verumtamen nec aurum nec argentum nec equos nec lapides preciosos habens nequaquam de talibus offerre munera queo[2]. Quod autem habeo, hoc offero[3]. Habeo enim per Dei gratiam et exhortatoria quedam memorialia per regem illum inter reges probissimum et inter prophetas eximium, David, cunctis post eum futuris in orbe terrarum regibus[4] destinata et per me iuxta mei tenuitatem ingenii ad formationem imperialis animi prout sequitur applicata. Dicit ergo rex iste regibus terre[5]: 'Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram'.

[Folgt eine breite theologisch-paränetische Ausführung, zum grössten Teil aus Bibelsprüchen zusammengesetzt. Der Schluss lautet:]

Honorandissime domine, prolixam nimis epistolam scripsi et nimio tractus affectu brevius eam finire nequivi. Habita namque cum fideli vestro procuratore et nuncio domino Rudolpho officiali Treverensi[6] collacione de vestra excellencia, onere et honore et statu reipublice plura et pluriora scribenda concepi, que vix et cum displicentia resecavi. Rex regum et dominus dominantium dominum meum regem ita dirigat et ita prosperari faciat, sicut anima mea desiderat.

Actum in Podio[7] alto[7] Avinionensis[8] dyocesis, die quinta mensis Februarii, anno Domini MCCCXLVII.

V. Zur Kenntnis der Unterfertigung in den Urkunden Karls IV.

Karl IV. verleiht den Arcoloniani von Udine die Lehnsfähigkeit. Belluno 1347 Juli 18.

Abschr. Udine Bibl. Comm., in der handschriftlichen Sammlung Liruti, Apographa de rerum Foroiuliensium historia[9] (saec. XVIII) n. 511 (L), aus einer Abschrift des Udineser Notars Franciscus Lealis (1520—1568). — Die Abschrift in der Collezione Bianchi n. 3376 schöpft aus L. — BH 6463 mit falschem Datum.

---

1) 'dispom' Hs. 2) 'queso' Hs. 3) Act. ap. 3, 6. 4) 'regnnu' Hs. 5) Psalm. 2, 10. 6) Der bekannte Rudolf Losse, s. oben S. 475, der Ende 1346 mit der Gesandtschaft, die Karls Approbation erbat, in Avignon weilte (Const. VIII, 164. 169. 171). Wie lange sein Aufenthalt dort dauerte, liess sich nicht ermitteln. 7) 'Podicalco' Hs. 8) 'Avinionis' Hs. 9) S. oben S. 476.